

etiam observetur, sed etiamsi prima vice in viis publicis commissum sit, ultimum supplicium locum habeat, cum publicæ securitati nimium repugnet.

Proinde etiamsi plures unâ robbariam committant, illi omnes pœnâ capitis sunt afficiendi. Carpzov. *part. 2. Qv. 90. n. 34. fol. 339.* Neque hic attenditur qvantis & valor rei à grassatore ablatae, qvonia textus hoc non dicit, nec ita distingvit; sed potissimum attenditur violatio securitatis commissa in vîa publica & provincia, qvippe qvæ pacata & quieta esse debet. Cum autem per ablationem rei minimæ æqve atqve per ablationem rei, qvæ sit maximi valoris, violetur securitas vîæ publicæ, inde etiam non consideratô hoc discrimine de rei majore vel minore valore, ejusmodi grassator capite punitur, etiamsi res ablatas velit restituere: Nam qvantumvis fur restituendô res furtô subductas pœnam ordinariam laquei effugiat, qvonia damnum furto illatum refarcit, atqve redintegrat; attamen hoc non extendere licet ad robbariam, qvonia in illo crimine non tam spoliolum ipsum, qvâm violatio securitatis attendi debet, qvæ per restitutionem rei erepta neutiqvam redintegratur. Ne nunc dicam: Imperatorem in hoc articulo istum casum non excepisse. Interim tamen Sumum principem in casu restitutionis dispensare posse, ut pœna mortis in extraordinariam commutetur, nullus dubitat. Plura de hoc argumento legi poterunt apud Carpz. *part. 2. Qv. 90. num. 55. & seqq. fol 341. Pract. Crimin.*

ARTIC. CXXVII.

Pœna seditiosorum.

Straff derjenigen/ so Aufruhr des Volcks machen.

S einer in einem Land/ Stadt/ Oberkeit/ oder Gebiet/ gefährliche/ fürseßliche/ bößhafftige Aufrühren des gemeinen Volcks/ wider die Oberkeit macht/ und das also auff ihm erfunden würde/ der soll nach Groß und Gelegenheit seiner Mißhandlung/ ie zu Zeiten mit Abschlagung seines Hauptes gestrafft/ oder mit Ruten gestrichen/ und aus dem Land/ Gegend/ Gericht/ Stadt/ Flecken/ oder Gebiet/ darinnen er die Aufrühren erweckt/ verweist werden/ darinn Richter und Urtheiler gebührliches Raths/ damit niemandes unrecht geschehe/ und solch bößliche Empörung verhüt/pflegen sollen.

AD